

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sanctae Eulaliae quae passa est in civitate

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)

aedificabat: Scia uero eulalia quid in corde uoluerit nulli dicere uoluit. neque parentibus quia tam insatiabiliter diligebant neque alicui desociabus aut familiaribus suis quia omnes super salute animae habebant. sed silentii hora primo gallorum cantu quiescentibus illis. perfecta est ad ciuitatem. et omni animositate totum in ter pedibus delicata puella insatiabilis confecti. Quaecumque in gredere tur portam ciuitatis aduocauit precoriam uocem sonantem. et precessit ad forum. Uidens autem datianum per tribunali sedente. irrupens inter populum turmas cum officio permixtas. direxit se ad tribunal. et uoce magna dixit ad eum. Iudex iniquitatis. sic in altum sedes ut dominum altissimum non timeas. qui est super omnes principes tuos et super te. ut omnes quos ipse dominus magnus et uerus ad imagine et similitudine fecit suam ipsi soli seruiant. propter opera satanae. per afflictionem poenarum mori afficias. Darianus autem cum stupore animi intuentis tam dixit. Quae est tu quae tam temere. non solum ad tribunal iudicis non iussa accedere praesumpstisti. Insuper elata in superbia causi fueris res inauditas et contrarias imperatorum in uultu iudicis dicere. At illa cum maiori constantia animi. Et in strepitu uocis. respondit. Ego sum eulalia ancilla domini ihesu christi. qui est rex regum et dominus dominantium. Et ideo confidens in eum nihil ueritum sum ad redarguendum te uoluntarie ac festinante uenisse. quare tam insipienter agas. ut post ponas dominum uerum cuius sunt omnia caelum et terra mare et omnia inferiora terrae quae sunt meis. Et diabolum colas. et ad hoc homines quid suo uero deseruunt. ut merentur uitam aeternam consequi. tu eos cogis per diuersa genera tormentorum sacrificare dominis. qui insus sed diabolus est cum angelis suis. Cum quibus uos omnes quae eos colitis in ignem aeternum consumdi eritis. Praeses haec audiens. iratus iussit

eam sisti. et attergo fortiter cedi. quae cum duceretur. praeses dixit ad eam. O misera puella ubi est deus tuus quare te non liberat de poena ista. Quare tanta clementia accepta es. ut rem tam illicitam ageres. sed ducito te ignoranter incurrisse. quod nescires quae esset potestas iudicis et accipies ueniam. quia et ego doloo super te quod nobilissima persona tam fortiter et grauis sima flagellaris. cum sis nobilis naxa. Eulalia scia respondit. Te inride. non suades mihi mentiri. ut dicam me nescire quanta sit potestas tua. quis hominum ignorat omnem potestatem cuiuslibet omnis esse temporalem. sicut et ipse homo hodie est et crastina moritur. Nam potestas domini mei ihesu christi finem non habet. sicut et ipse aeternus est. Ideo falsum dicepe non possum quia timeo dominum meum qui mendaces et sacrilegos in gehennam ignis cum omnibus iniquae agentibus comburi iubet. Nam ego modicum calor propter dominum meum plusquam satis nobilitata sum. Tuas quidem plagas non sentio. protegente me ipso domino meo ihesu christo. quare secundum actum tuum in die iudicis aeternis iubet poenis affligi. At praeses maiori ira repletus. iussit aculeum deferri et suspendeam et torqueri. quandiu exangulareretur. Scia eulalia hilari uultu conlaudabat dominum dicens. Domine ihesu christe exaudime ancillam tuam inutilem. quia tibi soli peccaui. Indulge factis meis malis. et confirma me ad sufferenda tormenta. quae pro nomine tuo sancto mihi adiciuntur. ut confundatur diabolus cum ministris suis. Praeses dixit. ad eam. Ubi est quae clamas. in caudi infelix et stulta puella sacrificia dominis ut uiuere possis. quia ecce iam imminet tibi mors. Et non est quae liberet. Scia eulalia leta effecta dixit ei. Numquam tibi beneficit sacrilege demoniose periturus. ut ego a facie domini mei discedam. Dominum meum quae clamo hic mecum est. quem tu propter immundissimam memorem tuam et insanam animam uidere

non mereris. Ipse me confirmat ut quacumque
poenam mihi rabidas inferre uolueris. nihil
habeam. Praefes autem fremens cum ira. iussit
militibus faculas ardentis adplicari. et pendens
tam diu sc̄a eulalia quamdiu flammarū facibus
exuretur. Tunc illa laeta cum exultatione. mag
na uoce psalmum dñi dicebat. Ecce enim dñs ad
iuuat me. dñs susceptor est animae meae. Redde
mala inimicis meis. et in ueritate tua disperde
illos. Uoluntarie sacrificabo tibi. Et confite
bor nomini tuo. dñe quō bonum est. quō ex omni
tribulatione eripuisti me. et super inimicos meos
disposuit oculus tuus. Et coepit flamma
in ministros conuertere. quod uident sc̄a eulalia
et respiciens in caelum clariori uoce orauit dicens.
Dñe ihu xpe exaudi deprecationem meā. et per
fice misericordiam tuam in me. et iube me
tam suscipere inter electos tuos in requiem
aeternam. faciens mecum signum in bono.
ut credentes in te uideant et conlaudent poten
tiam tuam. Et completa oratione sua. mox
extinctae sunt faculae illae ardentis quae
in fusae oleo nimis glomerabant flammās.
Et ministri qui ad mouentes eas erant. ipsi exure
bantur. Et tremiti facti. caeciderunt in facies
suas. Et sc̄a eulalia emittit sp̄m. Columba ab ore
eius exiens. ad caelum euolauit. quod uidentes
populi mirati sunt. Inter quos xp̄iani laeta
bantur. cuius in caelestibus meruisse habere
patronam. Datianus autem uident post tanto
certamine poenarum nihil se proficisse gement
cum ira descendens a tribunali. iussit corpus
in cruce ee. postitū custodibus. Et cum minis
tris dixit. Pendet in cruce quousque deuo
retur. Ab aibus caeli cum ossibus. Et ecce subito
nix de caelo descendit. Et cooperuit eam.
Quod uidentes custodes timore p̄territi amo
uerunt se a corpore. Sed stantes a longe.
custodiebant secundum p̄ceptum iudicis.
quod et diffamatum ē per territorium in cir
cuitu ciuitatis. Multi ad uenerunt uidere.

mirabilia di. sed et parentes et socias eius.
cum magno gaudio cucurrerunt. qui fletus
nimis tribulabantur. quia quod uenerat
nesciebant. Post diem autem tertium iusti
religiosi noctanter abstulerunt corpus eius
non sentientes custodes. quod cum lintis et a
romatibus inuolauerunt. sed felix quin
confessione unanimit eius fuerat. cum
magna exultatione animi. dicit ad eam.
Domina. tu prior palmam meruisti.
Cui sc̄a eulalia subrisit. Ceteri quoque
coeperunt laetantes. P̄mnam dō canere.
Clamauerunt iusti et dñs exaudivit eos.
et ex omnibus tribulationibus eorum libe
rauit eos. Et ad uoces psallentium multi
de populo conuenerunt. et mox cum laeti
tia sepelierunt eam. benedicentes
dñm patrem et ihm xpm filium eius
et sp̄m sc̄m. cuius regnum permanet
in saecula saeculorum. amen.

EXPLICIT

PASSIO SC̄AE

EULALIAE

UIRGINIS